Intrabam in ecclesiam· adstabam altari, orationes offerebam & dice
bam· d(omi)ne conserua ecclesiam quam mihi tradidisti; ego quidem cor
pore absens sum sed tua misericordia praesens est quae me illuc p(er)duxit
& plusquam merebar concessit; & quia amplificauit multitudo testa
tur praesentium. florere uideo uineam & nusquam spinę p(er)sequentium
ulla uestigia; exultant oues & nusquam lupus; quod si etiam alicubi re
pertus fuerit demutatur & fit ouis; tanta enim uestra est fides & caritas
ita aemulatione uestra ceteros prouocetis; Ipse d(omi)n(u)s uos conseruauit
& ipse & me reduxit. & in infirmitate positus orationum uestrarum sen
si auxilium quas mihi cotidie in suffragium postulo; p(er)egrinatio mea coro
nauit ciuitatem uestram; & quia diligebatis ex initio p(er) nunc omnibus ma
nifestatum est. Sic enim me absente tamquam praesentem habuistis. Nam
in asiam cum eem· ad corrigendas ecclesias hinc in illo uenientes nuntia
bant nobis dicentes inflammastis ciuitatem· & certe caritas tempore
sol& marcescere uestra autem dilectio cotidie augmentabatur; & que
ita absentem diligebatis praesentem credo quod melius ametis. Iste meus
thesaurus haec sunt meae diuitiae & ideo uestras orationes requiro, oratio
nes uestrae murus mihi & munimen sunt; Nolo dicere ego languens sum
quomodo potero pro sacerdote orare· audi scripturam dicentem; Oratio au(tem)
fiebat continua & ecclesiastica oratio soluit uincula petri· & pauli dilatauit
praedicationis fiduciam; oratio caminum ignis extinxit, oratio conclu
sit ora leonum, oratio seditionem conpescuit oratio paradisum aperuit;
oratio caeli cardines reserauit; oratio sterilem fecundauit, oratio cor
neli caelos penetrauit; oratio publicanum iustificauit, talea uobis muni
men exquiro talem gratiam postulo· & d(e)i gloriae suscipiens orationes ues
tras det mihi in apertionem oris mei sermonem quo possim creditum mihi po
pulum struere ad salutem p(er) xp(istu)m d(omi)n(u)m nostrum· cum quo est d(e)o patri cum sp(irit)u
s(an)c(t)o honor & gloria & potestas in saecula saeculorum amen;

EXPL(icit) DE REUERSIONE EIUS EX ASIA

INCIP(it) POST EXILII PRIORIS REDITUM XXXVII

QUID DICAM QUID LOQUAR BENEDICTUS D(EU)S HUNC EGREDIENS
dixi sermonem hunc iterum reuertens & illic constitutus; hunc in
ore uoluebam, puto uos meminisse cum ante hoc beatum iob addu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0289